



COSTAS/6



NOS PHILIPPVS

Dei gratia R ex Castellæ, Aragonum, vtriusque Siciliæ, Hieru
salem E^g.

NOS ARTALD^{vs} DE ALAGO

comes de S astago, Camarlenus, locumtenens et Capitaneus
generalis prefate Maiestatis in hoc Aragonum regno. Cum Pro
curator fiscalis eiusdem Maiestatis in regia eiusdem regni audientia
exposuisset te regie fidelis MICHAEL DE COSTAS,
natu minor in villa de Bolea habitator minime esse Infacionem
nec ex genere infacionum originem ducere, sicut pro tali te gerebas
et reputabas, regaliaq^z et vicinalia iura soluere indebet recusabas eo
supplicante, ad Illustris et admodum Reuerendi in Christo patris
don Ferdinandi ab Aragonia Archiepiscopi Cæsaraugustanⁱ, ac ultimi
Locumtenentis generalis pro dicta Maiestate in regno Aragonu^m
præfato, mandatum, ad tuam pretensam infacioniam debite et
iuxta forum probandum legitime citatus fuisti, cuius citationis per
eundem procuratorem fiscalem iudicialiter reproduxte, Vigore in ipsa
regia audientia personaliter comparuisti offerens te Infacioniam et
ingenuitatem tuam debite et iuxta forum probaturum, teg^z supplicante,
ac presente Petro Lopez magnifico Regij fisci Adiuvato et Procura.

tore in predicte Aragonum regno constituto, procuratore substituto
(de cuius procurationis mandato in actis processus dicto cause legitimi
me dignoscitur constare). tibi ad cedulam articulorum offerendum,
probandum, et publicandum tempus quatuor mensium ex tunc proxi-
mè et immediate sequentium assignatum fuit, tuqz mox cedulam arti-
culorum in scriptis obtulisti, quæ in summa continebat. Quod quoniam +
Bernardus costas naturalis regni Bearne, et qui suum fouerat
domicilium in predicte villa de Bolea Annus tuus, iam erant lapsi
octuaginta anni et supra, fuerat Infancio ingenuus de genere et prosa-
pia militum et infacionum recta linea masculina descendens, quiqz
ut talis toto vitæ sue tempore gauisus fuerat omnibus et singulis =
privilegijs, immunitatibus, gratijs, indultis, et prerogatiis cæteris In-
facionibus predicte Regni Aragonum concessis, et indultis, qui
nullo vnguam tempore aliquam subierat servitutem regalem nec Vici-
nalem, quinimmo tam in persona quam in bonis suis omnibus mobi-
libus, et immobilibus extiterat franchus, liber et immunis a solutione
peite sise et alterius cuiusuis contributionis regalis et vicinalis, in
quibus homines plebei ac signi regij seruitij predicte Ville de Bolea.
et regni Aragonum contribuebant, et contribuere tenebantur, in illis
iuriis et muneribus solummodo contribuendo per Milites et Infan-
ciones ville et regni predictorum solui et prestari consuetis, idqz palam
publice atqz pacifice sine alicuius contradictione, quin potius tolleran-
tibus et approbantibus serenissimis Regibus, illorumqz pro-
curatoribus fiscalibus et officialibus, ac Juratis concilio et vniuersitate
predicte Ville de Bolea et quibusvis alijs, quodqz protali dum in
humanis

Sumanis coerat ipse Aius tuus fuerat habitus, tentus, nominatus, et
communiter reputatus ab omnibus, qui illum nouerant, et de' predictis
veram scientiam et notitiam habuerant publica voce et fama tam inter
antiquos quam modernos id ipsum referente. Quodque iam dictus Bernar-
dus de' costas ex suo legitimo matrimonio habuerat, genuerat et
procreauerat in filium suum legitimum et naturalem Joannem de' costas
patrem et genitorem tuum, pro tali eum habendo, alendo, nominando, et
reputando, ipseque Joannes eundem Bernardum in patrem suum etiam
Salvando, venerando, nominando et reputando, protalibusque fuerant
habiti, nominati, et reputati palam, publice et communiter ab omnibus,
qui illos nouerant, et de' predictis veram scientiam et notitiam habue-
rant publica voce et fama itidem asseuerante. Nec non quod Ipse Joā-
nes de' Costas pater tuus fuit similiter infancio ingenuus ex genere
et prosapia militari et generosa, ut prefertur, descendens, qui per totum
vitę sue cursum moram trahendo et habitando in dicta villa de Bolea
gauisus fuit et gaudebat omnibus et singulis priuilegijs, libertatibus
immunitatibus, gratijs, industris et prerogatiis, quibus ceteri eiusdem
ville et regni Aragonum infanciones originarij fruebantur et gaudebant
fuitque liber, franchus, et exemptus a solutione peite, sise et ab alia cu-
iusvis generis contributione in quibus homines conditionis et signi ser-
uitij eiusdem Regni soliti sunt et tenentur contribuere, contribuendo du
taxat in quibus Milites, et originarij infanciones eiusdem ville et regni
contribuere sunt soliti. In talibusque iure, usu, et possessione, seu quasi sue
ingenuitatis et infacionie et aliorum premissorum memoratum genitorem
tuum continuo ex tibi palam publice atque pacifice sine aliquius con-

traditione, quinimmo tollerantibus et approbantibus Majestate domini
nri Regis et alijs regijs offici'alibus, nec non Juratis, concilio et vniuersi
tate predicte ville de' Bolea et alijs quibusuis. Quiquidem Joannes
de costas ex suo legitimo matrimonio habuit, genuit et procreauit in filiu
suuim legitimum et naturalem te dictum Michalem de' costas exponen
tem, necnon Bernardinum de costas, in filios suos legitimos, et naturales
vos Sabendo, enutriendo, nominando, et reputando, vosqz eundem Joannem
de Costas in patrem et genitorem vestrum venerando, nominando et reputando
publica voce et fama Soc ipsum affirmante. Quodqz tu Michael idemqz
exponens fuisse pariter, et eras infancio ingenuus ex genere Miltum et Infan
cionum recta linea masculina descendens, qui toto vite tua tempore eatenus
continue tam in predicta villa de' Bolea quam alibi, et tam in persona
quam in bonis tuis omnibus mobilibus et immobilibus gauisus fueras et gau
debas omnibus et singulis priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, gratijs, et
prerogatiis Ceteris Infacionibus predicti Aragonum regni concessis et in
dultis, quiqz nusquam aliquam feceras servitutem regalem, nec Vicinale
nec contribueras in peitis, sis in alijs uiribus et oneribus in quibus homines
conditionis et signi seruitij predicte Villae de' Bolea et regni Aragonum soliti
sunt, et tenentur contribuere; sed dumtaxat illa iura et munera soluendo
et prestando per Infaciones originarios eiusdem regni solui et prestari solita
idqz palam, publicè atqz pacifice, nemine tibi in aliquo contradicente, qui
potius tollerantibus et approbantibus Regijs offici'alibus superius nomina
tis, et alijs quibusuis, pro taliqz habebaris et reputabar committere ab
omnibus te agnoscentibus. Insuper exposicio tua continebat quod a
sexaginta et pluribus annis citra continuis et a tempore immemorabili in

predicta)

predicta Villa de Bolea viguit et vigebat tunc mos, usus et consuetudo In
uiolabilitate tenta et obseruata quod universitas, siue concilium eiusdem villæ
conficiebatur et constabat ex infaciomibus naturalibus, siue originarijs, et
homibns conditionis, et signi seruitij promiscuè quodq; ad bonum regimèn
et gubernium ipsius villæ à quinquaginta annis supra et citra continuè fuerunt
et erant Jurati et consiliarij, qui quotannis sequenti modo eligebantur, seu nominab-
antur scilicet quod omnes vicini dictæ Villæ concilium intrantes diuidebatur
in tres partes, quarum quelibet numerum viginti constituebat, et ex qua
libet partium predictarum per Justitiam, baiulum, Juratos et consiliarios eli-
gebantur sex personæ, que quidem omnes sic electe personæ, et Jurati et consi-
liarij illius anni coniunctim, precedentibus votis et suffragijs, eligebant, et
nominabant tres in Juratos pro anno sequenti, quorum duo erant Infancioes
et reliquias signi seruitij, et conditionis, ipsiq; sic nominati officia suu-
modi exercuerant et exercebant, idq; ita fuisse tentum et obseruatum In
eadem Villa per tempus et tempora supradicta inconcusse, palam publice,
atq; pacifice sine alicuius contradictione, quodq; tunc in rerum natura exis-
tentia ita fieri et obseruari viderant, et antea similiter obseruatum fuisse
à maioribus, et antiquioribus suis audierant et intellexerant, publica
voce et fama tam antiqua quam moderna id ipsum affirmante. Ac etiam
quod predicti Jurati et consiliarij et sex personæ electe pariformiter preceden-
tibus votis et suffragijs, singulis annis ex dictis omnibus vicinis trium par-
tium predictarum unum, qui magis habilis, et idoneus sibi videbatur, in AL
mutacafum pro anno sequenti eligebant, nulla facta distinctione, seu considera-
tione utrum ille esset Infacio, vel Somo plebeius, et signi seruitij. idq; ita
fuisse tentum et uiolabilitate obseruatum per eadem tempora supradicta.

continuè, palam, publice atq; pacificè s;ne cuiuspiam contradictione? publica voce et fama tam inter antiquos quam modernos id ipsum referente. Nec non quod Joannes de' Costas pater tuus memoratus fuerat modo et forma supradictis in Juratum pro infacionibus dictæ villæ bis electus, et nominatus, dictumq; officium per duos annos respectuè exercecerat. Iug; ipse exponens fueras ijsdem modo et forma in Almutaçum eiusdem ville semel electus et nominatus, dictumq; officium per unum annum exerceceras, nec propterea quod dicti Bernardus de costas filius, et Joannes de' costas pater, et tu ipse Michael exponens ad officia huiusmodi elegeremini et nominaremimi illaq; actu exerceuissetis, priuilegia vestrarum Infacioniarum amisseratis quin potius illi, dum vita sibi comes fuit continuè, gauisi fuerunt, et tu eo tunc gaudebas omnibus et singulis priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, gratijs et prerogatiis ceteris infacionibus prædicti Aragonum regni concessis et indultis, sicq; usum, obseruatum et practicatum fuisse inuiolabiliter palam, publice atq; pacificè, sine alicuius contradictione, idemq; seruatum fuisse respectu omnium aliorum infacionum originariorum prædictæ Ville de Bolea ad officia huiusmodi exercenda pro tempore electorum et nominatorum, et illa actu excentrum Nec in aliquo obstare si exaduerso dictum fuerat, seu diceretur, dictos Bernardum de Costas et Joannem de' costas patrem et filium tuos, teg; eundem exponentem visos fuisse respectuè ire ad cultuandum et laborandum in agro conciliare eiusdem Villæ, quia et si de eo constaret, illud tibi in misero nocebat, plurimis causis, et rationibus in foro, Justitia et ratione consistentibus. Et signanter quia in eadem villa a tempore inmemorabili circa continuè usum, obseruatum et practicatum fuerat et tunc

et tunc utebatur et practicabatur quod omnes vicini dicte ville tam infan-
ciones quam signi seruitij et conditionis ibant indistincte et consueuerant ire
ad cultuandum et laborandum in dicto agro conciliare ex eo quia omnibus
communiter ex fructibus in dicto agro nascentibus et collectis resultabat com-
modum et utilitas, voce communis et fama publica Soc ipsum asseuerante.
Cu[m]q[ue] priuilegia a foro et regni consuetudine Militibus et Infacionibus
eiusdem regni Aragonum concessa firma in uiolataq[ue] seruari debeant, et
prefati milites et Infaciones sub fori presidio tueri et manuteneri par-
terez defendi per nos similiter debeant, sumiliter supplicasti per nostram
diffinituam sententiam pronuntiari, decerni et declarari te dictum Michael[em]
de costas exponentem probasse plene et sufficienter secundum forum tuam
Infacioniam, tegz fuisse et esse in iure, usu, et possessione, seu quasi ipsius
infacionie, debereq[ue] et posse gaudere omnibus et singulis priuilegijs, liber-
tatis, immunitatis, gratijs et prerogatiis ceteris Infacionibus pre-
dicti regni Aragonum concessis et insulatis, tegz admitti ad faciendam sal-
uam tue Infacionie debite et iuxta forum. **H VIVISMODI**
Siquidem cedula articulorum oblata, nonnulli testes ad probandum contenta
in eadem parte producti et presentati, et per magnificum Joannem Vincen-
tium de Marzolla Regiam Cancellariam in dicti ultimi locum tenentis
generalis personam Regentem, Juramento prelio, diligenter examinati, et
interrogati fuerunt, quorum dictis et attestationibus una cum alijs docu-
mentis et scripturis parte ad tuam fundandam intentionem productis, et
fidefactis, intra dictum tempus tibi ad id assignatum publicatis, et pro publi-
catis habitis, fuit eidem Regi fisci procuratori publicationi tuis presenti
tantum tempus, quatuor scilicet Mensium ex tunc proxime et imme-

RRR

8. xxx

diate sequentium, ad probata per te reprobandum, et contradicendum assignatum, quibus mensibus decursis, et præteritis, fuit per te ipsum supplicatum in dicta causa diffinitiæ pronuntiari secundum ea, que in cedula articulorum pre narrata extiterant supplicata. Interea dicto Illustri et admodum Rx: Don Ferdinand ab Aragonia locumtenente generali, prout domino placuit, de medio sublato, ipius qz obitu, et aduentu magnifici Regentis officium generalis gubernationis pro dicta Maiestate in præfato regno respectiue pro notorijs Sabijs, præcitatæ causa ad prefatum Regentem officium generalis gubernationis legitime extitit deuoluta. Ipse qz Regens, visis primitus, ac mature et diligenter per pensis et recensis in regio consilio regie generalis gubernationis audientiae predicti processus et causæ meritis, de magnificorum regiorum consiliariorum ad illi in ciuilibus consulendum consilio, ac mediante magnifice Joanne Ybando de Bardaxi eius generali seu ordinario Assessore pro tribunali sedente, te dicto exponente presente et supplicante, ac etiam presente memorato regij fisci Procuratore, suam in scriptis in dicta causa tulit et promulgauit diffinitiæ sententiam huiusmodi sub tenore. C H R I S T I nomine inuocato Dominus Regens officium gubernationis de consilio pronuntiat Michaelm de costas exponentem fore et esse in quasi possessione sue infacionie. Eumqz admittit ad faciendam saluam sue infacioniæ debite et iuxta forum, et ea facta debere gaudere omnibus, et singulis priuilegijs et libertatibus ceteris Infacionibus presentis Regni concessis, et indultis. Neutram partium in expensis condemnando. ET DICTA diffinitiæ sententia modo promisso lata et promulgata, et per te dictum exponentem acceptata, laudata et approbata, ad saluam tue Infacioniæ debite et iuxta forum faciendam duos milites

milites notos quidem et approbatos, in eadem regia audientia obtulisti
et presentasti, nempe Franciscum Molinos et Joannem de Cunchillos in
ciuitate Cœsarauguste domiciliatos, qui ambo taliis cruce et sacrosanctis euangeliis
in manibus dicti ordinarij Assessoris iurarunt, et in vim dicti Juramenti
separatim interrogati asseuerarunt ipsos, et eorum quemlibet probe cognoscere
te dictum Michaelm de costas exponentem, exalteq; scire te esse Infacionem
ingenuum et protali habitum et reputatum, promiseruntq; solare, siue casale, unde
tua prodit, et proficiscitur ingenuitas, cui de foro teneantur, cum primum ad id
requisiti et interpellati erunt, ostendete, et indicare, quod existere asseruerunt in
predicta Vissa de Bolea, quodq; milites ipsi, nec eorum alter in nullo consa-
guinitatis, seu affinitatis gradu tibi erant coniuncti. Tandem temet supplicante
saluam et Infacioniam tuam predictam ipse Regens officium gubernationis
autorizauit et corroborauit, decernens te esse Infacionem ingenuum, debereq;
frui et gaudere omnibus et singulis priuilegiis, libertatibus et immunitatibus
infacionibus originarijs predicti regni concessis, et indulxit, literas, siue regium
priuilegium tibi concedendo, quibusquidem literis, siue regio priuilegio minime
expeditis, praefata causa propter nrri aduentum, et dicti Regentis officium gubernationis
recessum, ad nos, seu Smoi regiam audientiam extitit legitime deuolu-
ta, tegz ipso supplicante priuilegiorum regium iam tibi concessum denuo concessi-
mus, et in forma solita et assueta iuxta stillum Smoi regie audientie fieri et
expediri iubimus. Q V A P R O P T E R magnificis et di-
lectis consiliarijs sue Maiestatis Regenti officium generalis gubernationis
Justitiae, et Baiulo generali Aragonum, Magistro rationali, Aduocato et Pro-
curatoribus fiscalibus eiusdem Maiestatis, Calmetiis insuper, Justitijs, me-
rimis, SupraJunctarijs, Baiulis, Juratis, Alguaziejs regijs, portarijs, vir-

garijs, et quorumcunq; Jurium et reddituum regalium et vicinalium Aven-
datarijs, Collectoribus, seu Commisarijs, ceterisq; demum Vniuersitatis
et singulis Iudicibus, officialibus, et subditis regis maioribus, et minorib;
quibus cunq; potestate, iuris dictione, et autoritate fungentibus et functionis
dictorumq; omnium officialium et cuiuslibet eorum Locatenentibus. Et
presentim Juratis, concilio, et Vniuersitati predictae Ville de Bolea alijsq;
personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, seu preminentie existant
presentibus pariter et futuris, predicta intimantes et notificantes, scienter
deliberate et consulto Regiaq; autoritate plenissima, qua fungimus
dicimus, ac districte precipimus, siue mandamus, quatenus te dictum
Miclaelem de costas exponentem prefatum problemq; et posteritatem
ex te recta linea masculina nunc et pro tempore descendenter pro Infan-
cionibus ingenuis habeant, teneant atq; reputent, prout et nos presentium
per tenorem habemus et reputamus, et decernimus haberi et reputari
debere, et ad aliquam seruitutem faciendam, seu onera quecunq;, et quo-
cunq; nomine nuncupentur, subeunda cum hominibus conditionis et signi-
seruitij dicte Ville de Bolea, uel aliuinde nequaquam compellant, com-
pelliri faciant, siue permittant, nisi ad ea dumtaxat iura soluenda que in
faciones originarij Suius regni Aragonum soluere tenentur. Teg; in pos-
sessione, seu quasi tue Infacionie, in qua existis, manuteneant pariter
et defendant. Huiusmodiq; literas, siue regium priuilegium omn'ag;
et singula precontenta teneant, adimpleant, firmiter et obseruent, teneri
adimpleri et obseruari faciant inviolabilitate per quoscunq;. Contrarium,
nullatenus tentatur, aut fieri permisuri ratione aliqua siue causa, si
gratia Regia eis chara est, et preter ire et indignationis regiae incursum,

pñnam

pānam florenorum autī Aragonum. Nissē a bonis securis agentis et transgōres
soris, absqz spe venia, percipiendorum, regijsqz applicandorū Aeratys, cupiunt non
subire. In cuius rei testimonium presentes fieri iussimus reio communi sioillo
impendentī munitas Dat̄ Cæsarauguste Die Quinto Mensis Maij Anno
a nativitate Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo octauo, re
gnorum autem regiorū videlicet citerioris Siciliæ Vigesimo quarto; Hispaniarū
vero et aliorū Vigesimo secundo.

MARQUES DE VILLENA Y ALMUDENA

Mariella

L. Palacio
prior. A.

Do. ximeno pro
gnali. Theff.

Domini sonum tenens generalis mandauit mi
hi Joannimotanyes Visa per marquica regen
tem, do. eio y. generali Theaura Sio
et paco no. Hro condicione Aragonū

E.S.

In Tueriorum loco Regis.
Arag. Secundo. 1510. Dey.

Emplacem. Infamoni. N. de costas.

NOSPHILIPPV
NOSARTALDVS *

